

3

Appendix
LIBRI QUARTI
EPISTOLA-
RUM PHILIPPI ME-
LANCHTHONIS,
complectens

Epistolas XXXVI, Annis
1544.45.46.47.48. ad Vitum Theodo-
ricum scriptas & haectenus

NONDVM EDITAS,
Nunc Bono publico ex multo-
rum rogatu donata & Libro
QUINTO praemissa,

ab

JOH. SAUBERTO,
Eccles. Norib. ad D. Sebaldi
Pastore,

NORIBERGÆ.

Typis & sumptibus VVolf-
gangi Endteri.

M, DC. XLV.

Appendix

ALBERT GORRI

EPISTOLA

ALBERTI GORRI

AD

ALBERTUM

ALBERTI GORRI

AD ALBERTUM GORRI

ALBERTUM GORRI

ALBERTUM GORRI

Nunc bene publico ex munito

tam rogati donata & libro

Quintus primus

ad

ALBERTUM GORRI

ALBERTUM GORRI

ALBERTUM

NORIBERGAE

Typis et sumptibus Wolff-

gangi Bucher.

M. DC. XLV.





ILLUSTRISSIMO
PRINCIPI AC DOMINO,
DOMINO

RUDOLPHO
AUGUSTO,

Brunsvicens, & Lunæburg.
Duci &c. Pietatis & Eruditionis
laude florentissimo, Domino
suo clementissimo,

L. M. Q.
offert

J. S.

Post editionē quartæ par-
tis Epistolarum DN. PHI-
LIPPI MELANCHTHONIS,
Spicilegiū hoc restabat, Prin-
ceps

EPISTOLA

ceps Illustrissime, quod Appendicem appello, dignam sane eadem luce, eodemque privilegio cum superioribus, ad Vitum Theodorum missis.

Gratas has fuisse Serenissimo Dn. Parenti, Dn. meo clementissimo, ex indiciis minime obscuris intellexi. Quidni & Tibi, Principi in Musarum, Charitumque contubernio educato, virtutumque Paternarum Heredi celebratissimo, Appendicem istam acceptam fore conjicerem, aut, si mavis, certo asseverarem? Satis enim jam nobis perspecta est Pietas tua, perspecta morum, vitaeque

DEDICATORIA.

tæq; honestas, perspectus amor
erga Orbem eruditū, in ætate
hac vernante, statuq; tam illu-
stri & inter seculi nostri stu-
dia perversa, rarissimus.

Cæterum, postquam multa
et maxima beneficia accepi,
hoc unum jam peto: cum mea
sit in Domum Vestram Illu-
strissimam gratissima volun-
tas & obsequium humilimū, ut
voluntatem eā clementer am-
plecti & obsequio interpretis
& intercessoris apud Deum,
confidenter frui veis. DEUS
Opt. Max. Celsitud. T. Spem
Posteritatis insignem, cum Se-
renissimo Domino Parente,

) 2 &

EPIST. DEDICATORIA.

Et omnibus Propinquioribus,
Ecclesiae, Scholarum, totiusq;
Romani Imperii Bono sal-
vam Et incolumem praestet.

Dabam Noribergae, ad d.

XVI. Martii, Anno

Christi 1645.

Illustrissimae Celsitud. T.

servus

humilimus

JOHANNES SAUBER-
TUS.



Epistola CXXI.

M. Vito Theodorico, &c.

S. D.

Exemplum epistolæ, quam ad Macedonem certo missuri sumus, legito. Nec aliud mihi in mora fuit hactenus, nisi quod quotidie expectavi jam totos quatuordecim dies reditum nuncii, quem tibi notum esse arbitror, quem Ducem vocamus, qui ante duos menses ad Rhenum profectus est. Si meo corpore redimere Hieronymum possem, volens ac libenter in illum carcerem, ubicunq; est, in quo nunc est Hieronymus, abduci me paterer. Nunc opitulari me amico non posse doleo, & tamen spero, Deum ei, ut Daniëli inter leones, ad futurum esse, ac reditum ei ad honestissimam conjugem & dulcissimos liberos concessurum. Nec dubito, eum Deo curæ esse. Spero etiam, ipsum ea magnitudine animi esse, ut non succumbat dolori, cum norit doctrinam de

A 2

cau-

I. A.
ribus,
tiusq;
o sal-
estet.
d d.
no

ad. T.

is

LIBER



causis humanarum calamitatum & veris consolationibus, quam tradit Evangelium Dei, quam vides in nova editione Locorum me diligenter collegisse. Scribebā enim in summo dolore, quem ex tristissimo filiaē casu conceperam. Deus adsit vobis & nobis. Bene vale. Die 19. Decembris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXII.

Eid.

S. D. **N**ullius tanta est eloquentia, quæ pro dignitate primam illam mundi historiam scriptam in genesi, ornare possit. Fons est enim universæ sapientiæ Ecclesiæ Dei. Quare si præfatio nostra, etsi longiuscula est, nō satisfaciet aviditati tuæ, magnitudini rei id tribues, ne mihi quidem satisfeci. *Περὶ θεῶν πνευματικῶν* etsi cūctationis hortator tibi fuissē, si meū consilium expectasses, tamen factum probo. Et rectius est, ac optarim ubiq; sine clamoribus morem elevandi abolicum esse. Nam verissimum est, ritum nullam habere Sacramen-
ti

Anno 1544.

ti rationem, nisi in suo usu. Nec enim
adest τὸ σῶμα, ἕνεκα τῶν ἄρτων, ἀλλὰ ἕνεκα
ἀνθρώπων λαμβάνονται. Quid potest
simplicius ac planius dici? Et scis,
me quærere simplices explicationes.
Quare etiam de temporibus illis, de
quibus pagella mihi missa disputat,
quærere ociosum est. Te tamen ma-
gnopere hortor & obtestor; ne de
hac re, aut de tuo facto quidquam di-
cas in concionibus. τῆς σιγῆς ἀκίνδυνον
γέρας, inquit Augustus. Necte vel po-
puli sermonibus, vel Collegarum,
aculeis permoveri sinas, ut incipias
in concionibus ἐκτραγαδεῖν, aut præ-
liaciere de hoc negotio. Facilius Fa-
biana ac Periclea dissimulatione ser-
mones illos reprimes. Coram pru-
dentibus satis est, breviter quædam
firma fundamenta consilii tui expo-
nere. Mitto tibi pagellam edicti no-
stri, & precor felicem annum tibi, Ec-
clesiæ Dei, & politiis, quæ præbent
hospitia Ecclesiis Dei. Brevi mittam
& carmina contra Bavios Boiorum.
Bene vale. Die natali Christi 1544.

Philipp⁹ Melanchthon.

S. D. **C**ariss. Vite. Ut ad Davidem
 inquit matrona sapiens, e-
 rit anima domini mei custodita, ut
 in fasciculo viventium, apud Dominū
 Deum tuum, ita speremus Hierony-
 mi vitam curæ esse Deo, qui etiam
 tandem restituet eum honestissimæ
 conjugii & liberis. Macedonis epi-
 stolam, vobis mitto, quæ nobis qui-
 dem videtur amanter & de Hierony-
 mo & de Rep. vestra scripta. Domi-
 nus noster Jesus Christus adjuvet la-
 bores eorum, qui Hieronymo bene-
 volunt. Nolui Macedoni modos rei
 agenda præscribere, imo in literis ad
 amicos scripsi eo, me nihil de ratione
 ac modo disputasse, quod sciam, ei
 consilium non deesse. Nunc postquā
 voluntatem ejus video non esse alie-
 nam, fortasse prodesset, & de modis
 cogitare. Quid si peteret sibi Hiero-
 num tradi? hac de re cum prudenti-
 bus delibera. Ego si meo corpore re-
 dimere Hieronymum possem, liben-
 ter

Anno 1545.

5

ter includi me in carcerem, pro eo
paterer. Leucopetreo literas adferet,
is, quem ad Hypodidascali munus
mittemus. De Collega, & de Venetis
alias scribam, Bene vale, Die 20. Ja-
nuarii.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXIV.

Eid.

S. D. **E**T tua & Reipub. causa valde
doleo, manu tuam, cujus o-
pere profunt Ecclesiae & multis ami-
cis, morbo tum impediri, tum cru-
ciari. Ac Deum oro, ut & te, & orga-
na studiorum, fervet Ecclesiae suae.
Non mortui laudabunt te Domine.
Quare pios & salutare doctores ser-
va & gubernam. Magistrum Era-
smum Floccum, civem vestrum, ac
συμφιλόσοφον nostrum, virum ho-
nestum & eruditum, tibi commen-
do, teque oro, ut iis, apud quos au-
toritatem tuae commendationis pro-
futuram ei arbitraris, hortator sis,
ut eum, amanter complectantur.
Non dubito, bonos & cordatos viros

A 4

mode-

modestiam ejus, ubi eam nosse coeperint, probaturos esse. De Repub. literaria bene meretur, quod non ipsius tantum causa scribo, sed eo etiam, ut vestri agnoscant consilium de studiis Mathematicum in urbe vestra institutis, prodesse multis gentibus. Hujus enim ingenium, patria primum ad Mathemata assuefecit. Novi nihil habemus, nisi Regem Gallicum scribere Ecclesiae reformationem, tanquam παρασκευὴν Concilii, & ad illam sua commentationem neminem adhibere, nisi duas mulieres, quae sunt ei alioqui familiarissimae. Hoc pene mihi simile videtur Antonii deliberationibus, qui Cleopatram de bello consulabat. Bene vale. Pridie Cal. Febr.

Philippus Melanchthon.
 Scripsit mihi Medicus Macedonis, dixisse principem, se missurum esse ad Rosebergium legatum, qui illi acceptissimus sit, ut de Hieronymo agat.

Episto-

Anno 1546.

7

Epistola CXXV.

Eid.

S. D. **N**on dubito, multos honestos homines apud vos quoque Lutheri interitu valde consternatos esse. Nam cum fuerit excitatus divinitus ad instaurationem puræ doctrinæ, optandum fuit, nondum eum ex hac sua statione, & ab hac specula in gubernatione Ecclesiæ abduci. Agnoscamus igitur, quantam jacturam fecerimus, & Deum, oremus, ut nos non deserat. Edetur historiola de ejus morte. Non apoplexia, non asthmate extinctus est, quæ mala sæpe metuimus.

Sed humore in orificio ventriculi, versus pectus impulsio ante annum, & nuper in hoc itinere sensit initia *λειποθυμίας*. Ego ante annum subito accersitus, Deo monstrante causam, periculi animadverti, & tunc divinitus liberabatur. Nunc superata est natura, fortassis etiam, quia pectus alioqui magis repletum fuit lentis humoribus. Preces ardentissimas antea

A 5

reci-

coepe-
ub. li-
on ipsi-
etiam,
de stu-
tra in-
atibus.
a, pri-
c. Novi
allicum
onem,
, & ad
minem
æ sunt
oc pene
elibera-
e bello
Cal.
chthon.
edonis,
m esse
ni illi ac-
onymo
Episto-

recitavit, ut leges in historiola. Com-
mendo tibi Micaelum Chilianum, &
quem propter eruditionem, & mo-
rum moderationem dignum censeo
vestra benevolentia, & auxilio Rei-
pub. Est apud vos & matrona quæ-
dam Austriaca, cui commendes ve-
lim studia adolescentis Eicholtz, pro-
bi & studiosi hominis. Bene vale &
rescribe. D. Hieronymo salutem
opto. Calendis Martii.

Philippus Melanchthon.

Nostra funebris oratio recudetur
Lipsiæ. Quædam enim adjeci.

Epistola CXXVI.

Eid.

S. D. **A** Liquanto levior labor est,
Sisyphi saxum volvere, ut
fingunt Pœtæ, quam tot scribere epi-
stolas. Hodie in aliis literis, quas de-
di Micael Chiliano, feci mentionem
adolescentis Austriaci. Postea venit
ad me ille ipse Austriacus Johannes
Eicholtz, recens à nobis ornatus gra-
du Magisterii, modestus & eruditus
juvenis, & epistolam peculiarem fla-
gitavit.

Anno 1546.

9

gitavit. Est in ædibus vestri civis Andreae Preis mercatoris matrona Vienne-
nensis Catharina Bilhamerin., quæ
hactenus studiorum, sumptus huic
Austriaco dedit. Nunc igitur ad vos
proficiscitur adolescens, ut tua ora-
tione mors ejus & studia patro-
næ commendentur, quod poteris si-
ne ullo periculo facere. Nam mode-
stissima natura est, & in literis Latinis
& Græcis, & in doctrina Christiana
bene profecit. Quæso igitur, ut eum
de meo testimonio diligenter ornes.
Bene vale. Cal. Martii.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXVII.

Eid.

S. D. **N**ON mortui laudabunt te
Domine, inquit Prophe-
ta in Psalmo. Spero igitur, Deum ser-
vaturum esse aliquos doctrinæ coele-
stis custodes & propagatores. Et ut te
servet incolumem Ecclesiæ tuæ pu-
blicæ & domesticæ, ipsum oro. Te
quoque magnopere adhortor., ut
mœstitiæ repugnes, & consolationes
cas

eas colligas, quas Filius Dei nobis è si-
 nu aeterni Patris protulit. Non sum,
 rudis communium, ærumnarum.
 Ideo sæpe genera doctrinarum con-
 ferens, quæro præsidia animi firma, ac
 re experior illa *θελητήρια*, quæ in Phi-
 losophia traduntur, languidiora esse,
 quam ut vere erigere mentes dolore
 oppressas possint. Circumfero assi-
 duos cruciatus jam quatuor mensi-
 bus ex calculo ortos, & venientis an-
 ni significationes mihi atrociter mi-
 nitantur. Sed Deum aeternum, Pa-
 trem Domini nostri Jesu Christi oro,
 ut propter Filium servet Ecclesiam,
 & studium doctrinæ gubernet, & mi-
 hi adsit tum viventi, tum morienti:
 Et hanc consolationem assidue mihi
 propono, Oves meæ vocem meam
 audiunt. Nemo potest eas rapere de
 manu mea. Bene vale. die 14. Maji.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXVIII.

Eid.

S. D. **C**arissime Vite. Primam ac-
 cepi hanc à te epistolam, quã
 pro-

Anno 1546.

1

proxime misisti, aliena manu scriptam. Ingemui igitur intuens Epigraphen, sed tamen cum vivere te, & interdum concionari intelligerem, dolor meus non nihil levabatur. Postea cum legerem Epistolam, vidi non ad me, sed ad Hessum scriptam esse, quare eam remitto. Oro autem Deum æternum, Patrem Domini nostri Iesu Christi, conditorem Ecclesiæ æternæ, ut vires corpori tuo mediocres concedat, ut diutius Ecclesiæ Evangelium vox tua interpretari possit. Nascitur enim, ut vides, alia ætas ἀρχόντων τε καὶ θεολόγων, ut magnæ corruptelæ doctrinæ metuendæ sint, si boni doctores, qui nunc vivunt, ex hac statione evocati fuerint. Apud Joachimum Camerarium his diebus Lipsiæ fui, quo adferebantur initia Conventus Ratisponensis. Tridentina Synodus in decreto sessionis tertiæ fundamenta jecit damnandæ veræ doctrinæ. Et video astute institutam esse telam & seriem actionum. Mittes igitur τὰ ἐπόμενα. Me exercent negocia tutelæ

bis è si-
sum,
rum,
n con-
rma, ac
in Phi-
ra esse,
dolore
ro assi-
mensi-
ntis an-
ter mi-
um, Pa-
sti oro,
lesiam,
, & mi-
orienti:
ue mihi
meam
ere de
4. Maji.
chthon.

nam ac-
lam, quã
pro-

telæ liberorum Lutheri. Bene vale.
Die 21. Junii.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXIX.

Eid.

S. D. **I**Ta fit in tantis bellis, alii alias
causas narrant. Ego vero, et
si multa sunt mea & aliorum peccata,
& sæpe nostrorum immoderatas a-
ctiones palam reprehendi cum ali-
quo periculo, tamen existimo, cau-
sam præcipuam esse, odiū veræ doctrinæ
in adversariis. Hi jam Ecclesiam oppri-
mere conantur, ut olim Antiochus. Et
rem similem esse, exitus ostendet. Me
quidem cum aliis consolationibus,
tum vero conscientia rectæ volūtat-
is confolor. Scio, doctrinam me veram
quæsiuisse, & pia studia conatum ju-
vare. Nec nunc abjiciam veras sen-
tentias. Exitum vero commendabo
Deo. Si istuc venit Hispanus, meus
contubernalis, Franciscus Dryander,
jube, ut mihi scribat, ac optarim, eum
in vestra urbe manere aliquot men-
ses,

Anno 1646.

13

fes. Postea poterit iter facere, ut spe-
ro, tuto. Desiderio ejus admodum
teneor. Tuas literas expecto. Bene
vale. Calendis Julii.

Philippus Melanchthon.

Epistola XXX.

Eid.

S. D. **N**on dubito, & opiniones de
belli causis varias esse, &
multo magis varias voluntates. Ego
unum hunc portum teneo, oro De-
um, ut sint exitus Ecclesiæ salutares,
& ut mitigentur poenæ fatales. Opta-
re me nostris Ducibus, ne pereant,
honestum & pium est. Et judico eos,
etiam si qua acciderunt *μεμπτέα*, ut
sunt res humanæ, tamen *τὰ μέγιστα ἀρί-
στα εἶναι*, ut olim de Cymone dictum
est. Dederunt hospitium mediocræ
doctrinæ, texerunt pia studia magno
suo periculo, magnis laboribus. Et
spero, Deum servaturum & defensu-
rum esse Ecclesias in civitatibus. Quid
igitur Carolus effecit, etiamsi profligaverit
nostros Duces. Imperium
Ger-

Germanicum dilacerat, & majores
dissipationes Ecclesiarum efficit, quæ
aliquo nostro labore consociatæ fu-
erunt. Bene vale. Die 14. Julii.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXI.

Eid.

S. D. **D**E tua deliberatione etiam
post alteras tuas literas, i-
dem respondeo, quod antea cogita-
ram. *σεμνόν ἐστι μὴ παρασερατηγεῖν ἐν
ἐκκλησίᾳ διδάσκοντα*, ubi sonet vox Dei
vocans auditores ad poenitentiam, &
præcipuas de invocatione, Alius lo-
cus aptior est deliberationi *περὶ τῶν
ἀμυνέων ἐχθρῶν ὡμῶν ἢ ἀσεβείων*. Ac credo
multos, ut sæpe accidit, dubitare, quid
sit utilius. Nostris præcisa est dubita-
tio, postquam hostis denunciavit
bellum satis apertè. Pugnant igitur
ἀμυνόμενοι, & ut Deus gubernet ac ju-
vet eos, oro, & regat ac servet Ecclesi-
as suas, & politias, quæ sunt Ecclesiæ
hospitiola.

Successorem Hieronymo Lycio
Magi-

Magistrum Nicolaum Agricola Sal-
veldensem, notum Magistro Ioachi-
mo, ingenio, eruditione, & bonis
moribus egregie ornatum, ad te mit-
tere decrevimus. Eruditus est in Lati-
na & Græca lingua, & in Philoso-
phia, scribit carmen, & est Arithmeti-
cus non vulgaris. Sequetur triduo
post nuncium.

De Ravensburgio concionatore
etiam cogitavi: Habemus in vicinia,
in oppido Sidonio pastore Ecclesiæ
doctum & modestum virum, non
procul à Norlinga natum, qui etsi
præsenti fortuna contentus est, ta-
men videtur adduci posse, ut in Sue-
viam migret. Si differri res poterit,
proficiscetur Ravensburgum, ut Ec-
clesiam videat, hoc autumno.

De Ioachimo Hellero, & D. Hie-
ronymo, & tibi gratias ago, quod e-
um provexistis ad docenda μαθήματα,
& urbi vestræ propter universæ Ger-
maniae utilitatem opto, ut possessio-
nem illarum pulcherrimarum arti-
um, quæ leges de siderum motibus

B

conti-

majores
cit, quæ
ata fu-
lii.
chthon.

e etiam
eras, i-
cogita-

τη γειν ἐν
vox Dei
iam, &
Alius lo-

ἡ εἰ τῶ
ac credo
re, quid
dubita-
nciavit

igitur
et ac ju-
Ecclesi-
Ecclesiæ

Lycio
Magi-

continent, tueamini. Deo curæ erunt hospitia doctrinarum, ubi boni & pii gubernatores vere serviunt gloriæ Dei, sicut scriptum est, εἰάν τις ἀγαπᾷ με, τὸν λόγον μου τηρήσει· καὶ ὁ πατήρ μου ἀγαπήσεται αὐτὸν, καὶ πρὸς αὐτὸν ἐλευσόμεθα, καὶ μονὴν παρ' αὐτοῦ ποιήσομεν. Hoc oraculum longe antefero omnibus vaticiniis, quæ passim nunc mirâ vanitate quærentur & colliguntur.

Reischachero dicas, ut scribat nuncio Duci de sua conscientia & voluntate, quæ sit & fuerit erga puellam. Bene vale. Die 13. Augusti.

Philippus Melanchthon.

Mitto tibi pagellas.

Epistola CXXXII.

Eid.

S. D. **Q**uod faustum & felix sit, proficiscitur ad vos Magister Nicolaus Salveldensis, quem Hieronymo Lycio successurum speramus, in quo etsi ætatem & corporis proceritatem majorem desiderabitis, tamen hæc, quæ defunt, sarcit erudi-

Anno 1546.

17

ruditione, virtute, dexteritate, studio
faciendo has scholasticas operas, quas
alii grandiores fastidiunt. Profecto
non misissem eum, nisi mihi ingeni-
um & eruditio probarentur. Nam a-
lios grandiores habebam, & quorum
erat εἶδος ἄξιον τυραννίδος, ut dici solet,
sed hunc iudicio prætuli. Te igitur
oro, ut complectare & juves. De ex-
ercitu Macedonis nihil nunc scieba-
mus. Tuas literas a vide expecto. Be-
ne & feliciter vale. Die 16. Augusti.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXIII.

Eid.

S. D. **S**Cio ubique & de belli causis
magnam esse iudiciorū dissi-
militudinem, & de exitu spes & divi-
nationes varias. Nos vero Deum, æ-
ternum Patrem Domini nostri Jesu
Christi, oremus, ut tantum orbis ter-
rarum & Ecclesiæ periculum ipse gu-
bernet. Proficiscitur istuc Magister Fa-
bianus Prutenus, vir doctus & hone-
stus, quem ante biennium quoq; vi-
disti.

B 2

disti.

curæ e-
ubi boni
serviunt

εάν τις
ὁ πατήρ
ἐλευσόμε-
εν.

Hoc
omnibus
nc mirā

guntur.
bat nun-
& volun-

puellam.
chthon.

felix sit,
os Magi-

s, quem
rum spe-

& corpo-
desidera-
sarcit e-
rudi-

disti. Nobis propter eruditionem, candorem, & fidem valde carus est. Quare te quoque oro, ut eum complectare. Cupit videre exercitum foederatorum, si poterit sine periculo fieri, qua in re tuo consilio utetur. Bene vale. Die 2. Septembris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXIV.

Eid.

S. D. **C**Ariss. Vite. Mitto tibi viri optimi & dextre judicantis sententiam, de usu Ebeni, seu Guajaci, quod certe Ebenum esse, arbitror. Ac prorsus ei assentior. Tibi etiam opto, ut remedia salutaria experiaris, & Deum æternum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, oro, ut te & alios pios Evangelii ministros servet & defendat, non solum contra impias tyrannides Turcicas & Italicas, sed etiam contra alios diaboli furores. Sed Deus æternus, Pater Domini nostri Jesu Christi, defendet Ecclesias suas. Prorsus hæc sunt tempora
fimi-

Anno 1546.

19

similia Maccabeorum periculis, ubi fraudibus & manifesta violentia Ecclesia oppugnata est. Gratiam tibi habeo pro assiduitate inscribendo, & Deum oro, ut te servet. Pagellas mitto, quas boni consulito. Die 16. Septembris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXV.

Eid.

S. D. **H**Anc epistolam sexto die Octobris scripsi, cum de exercitibus in Rhetia nihil audivissemus, nisi Neuburgū occupatum esse, quod tu quoque scripsisti. Et Dux Saxoniae Mauricius diceretur Pragam profectus. Nunquam ullo tempore, arbitror, tantas fuisse negociorū tenebras. Nemo scit, quomodo subito hic motus exarserit: etiamsi odium adversus doctrinam vetus & notum est, ἀφορμὴ tamen belli admodum obscura est. Sed omitto hæc, & Deum precor, ut det salutarem pacem. Huic adolescenti Norlingiacensi Johanne

B 3

han-

hanni Hermanno des consilium, quomodo in patriam Norlingiacum pervenire tuto possit. Nam cum ex Rhetia nunc pecunia scholasticis non sit missa, meo consilio proficiscitur, ut sibi & commilitonib. Rheticis pecuniam petat. In hac tota re eum consilio tuo gubernes. Bene vale. 6. Octobris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXVI.

Eid.

S. D. **Α**φρήτωρ, ἀθέμιτος, ἀνέστιτος ἔσω ἐκεῖντος, ὅς πολέμους ἔργατα ἐπιδημίας. Plane Sinoniis artificii excitatum est civile incendium in Ripa Albis, quod Deus sua immensa misericordia iterum restinguat.

Schola propter metum obsidionis dissipatur. Ideo Hieronymus cras iter ingredietur. Sed huic nostro civi hunc dedi Epistolam, ut literas Ulmam mittas, quas de scholastico quodam ad Senatum Ulmensem scripsi, si tabellarius Ulmam pervenire

venire propter castra Caroli Imp.
non poterit. Literas à te expecto,
quas mittes Joachimo, qui, etiamsi
migrabimus in vicinam Partheno-
pen, ad me mittere poterit. Bene vale.
Die Omnium Sanctorum.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXVII.

Eid.

S. D. **T**Oties Deus prædicit, magnas
fore ruinas Imperiorum, &
tamen inter has mansuram Ecclesi-
am velut paucas olivas. Agnoscamus
has prædictiones hoc tempore, & in-
ter fragores mundi mansuram esse
Dei Ecclesiam, speremus. Vestram
urbem, spero, nunc tranquilliorẽ &
esse & fore, postquam exercit⁹ longi⁹
à vobis discesserunt. Arbitror autem,
Carolum ad Argentoratum acce-
dere, teq; oro, ut diligenter nobis e-
jus itinera & prælia significes. Nostræ
regiones, ut metuo, civili incendio
ardebunt, quod Deus restinguat, qui
solus potest nos servare. Scholam

B 4

tan-

tandem dimittimus. Ideo Hieronymus istuc redit, quem ut complectare & ornes, te adhortor. Spero, eum magno ului & ornamento fore Ecclesiae Dei. Nam & ingenio valet, & gravitas morum sanctitasq; eximia est. Et recte eruditus est. Bene vale. Die Omnium Sanctorum.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXVIII.

Eid.

S. D. **A**Rbitror, nobiscum multos bonos viros in multis regionibus deplorare dissipationem scholae nostrae, in qua nunc quidem omnium artium studia mediocriter floruerunt, & quae multis Ecclesiis fideliter fervivit. Sed gemens illud Esaiæ saepe cogito, Iniquitates nostrae, ut venti, dissipaverunt nos. Ideo, ut exilii mala aliquibus leniantur, commendo amicis passim scholasticos egentes. Tibi quoque nunc commendo hunc Adamum, ministrum Sturmii senis, κήρυξ, quem nosti. Bonus & ho-

Anno 1546.

23

& honestus adolescens est, & initia
Philosophiæ & summam doctrinæ
cœlestis recte didicit. Quare functio-
nem ei scholasticam quærito. Bene
vale. Die 8. Novembris.

Philippus Melanchthon.

*Præcedentibus literis inclusa
fuit intimatio Rectoris Witebergensis,
nescio, cuius manu scripta, sequen-
tis tenoris.*

Rector **A**cademiæ **V**Wite-
bergensis.

S. D. **C**Ygneam urbem honestam,
& custodem disciplinæ fe-
veram, & nobis amicam obsidione
cinctam esse, certum est, quæ si fu-
erit dedita aut occupata, exercitus
hostilis huc adducetur. Etsi autem
speramus, Deum mitigaturam esse
has calamitates, tamen, cum hic me-
tus sit obsidionis, utilius est teneræ æ-
tati, hinc abesse propter multa peri-
cula, & varios obsidionum eventus.
Et Illustrissimo Principi Electori sic

B 5

vi-

visum est dimittendum coetum scholasticum. Quanquam igitur dolendum est, dissipari hanc scholam, quæ harum regionum Ecclesiam pie erudit, tamen necessitati pareamus. Ac liberum sit cuivis, quo volet, migrare. Sed hoc officium justum & necessarium est, ut singuli creditoribus satisfaciant, priusquam discedent. Aliqui ex lectoribus in vicinam urbem Magdeburgam se conferent, ubi, siquam scholæ umbram habere possunt, hac hyeme operas scholasticas, Deo juvante, facturi sunt. Oramus autem Deum ardentibus votis, ut piæ & salutarem pacem restituat. Datæ 6. Novemb. Anno 1546.

Epistola CXXXIX.

Eid.

S.D. **C**ollectam exilio pubem, miserabile vulgus diceres esse, nostrum coetum, si hodie adesses fugæ spectator. Vehuntur senes, conjuges, parvi pueri in diversas regiones, totosque currus & corpora hybernæ
ni-

Anno 1546.

25

nives obruunt. Deus æternus, Pater Domini nostri Jesu Christi, defendat oppidum nostrum, & hanc studiorum sedem restituat, quæ profecto aliquandiu hic ita floruerunt, ut merito fuerit amanda & laudanda hæc schola. Me hæctenus dolor retinuit, ne migrarem, & sæpe mecum disputo, malle me εὐταφίσεως πλώμασι τῆς πόλεως, quam θραπέυειν ἐχθρῶς. Sed à Deo consilium peto. Hunc juvenem Andream tibi commendo, teque oro, ut, misericordia scholastici gregis, hoc tempore etiam alios amicos horteris ad tales exules juvandos. Bene vale. Die 9. Novembris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXIX.

Eid.

S. D. **H**anc ad te epistolam in exilio scripsi die 25. Novembris, quo ante annos 1709. Maccabæus templum recuperavit & purgavit, quarum rerum historiam scis horum temporum imaginem esse. Ut igitur
tunc

tunc Deus inter multa certamina & pericula domestica & externa servavit Ecclesiam, ita sperem⁹, nunc quoque servaturum esse: quem quidem etiam oro, ut vires corporis tibi integras restituat, ut militiae tuae labores ferre possis. Tuo vaticinio, de Psalmo, quicumque habitat in adiutorio altissimi, valde sum delectatus, & spero, non fore ἀναποτέλεσον. Si longius migrandum erit, ad te veniam. Sed oremus Deum, ut nostram Academiam restituat, in qua profecto aliquandiu omnium bonarum artium studia egregie floruerunt. Deus, qui est καρδιογνώστης, δηλώσει ὅποια ἐσιν αἰνίγματα γειτόνιον, ὅμοια σφιγγὸς πανουργίας. Bene & feliciter vale.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXXI.

Eid.

S.D. **O**Mnibus temporibus Ecclesiae usitata fuerunt exilia, ac memini, me in Aphricanis historiis legere, magna agmina piorum
rum

rum civitatibus pulsa esse in loca de-
serta, & multos ab equitibus in via
conculcatos esse. Horum exemplis
confirmati, nos quoque feramus exi-
lia æquabilius. Si qui vero possunt,
leniant exulibus ærumnas. Georgius
Major, optimo ingenio præditus, &
in concionando disertus, magno usui
posset esse Ecclesiæ vestræ. Quare, si
ei locus est, quæso, ut Senatui eum ve-
stro commendes, ut accersatur. Ha-
biturus esses παραστάτην fidelem & tu-
endæ concordia studiosum. Bene va-
le & rescribe, ac literas mitti cures ad
urbem παρθενόπην, quo nunc Georgi-
us adduxit familiam suam. Iterum
vale. Cal. Decembris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXII.

Eid.

S. D. **N**uper ad te de Georgio
Majore scripsi. Nunc eo-
dem argumento epistolam ad Philip-
pum Gluespres mitto, qui cum tabel-
larios certos habeat ad Georgium
Römer, poteris & tuas literas ad nos
Ge-

Georgio Rōmero commendare, mittendas ad Philippum Gluespres. Quæramus enim in hac temporum difficultate vias literis nostris, ne, amissis tam multis aliis vitæ commodis, etiam amicorum colloquia amittamus. Georgius Major servire Ecclesiæ vestræ cupit. Et habiturus esset *ᾠδὸν ἀσάτην* fidum, & ad tuendam concordiam idoneum. Est autem disertus in concionando, & voce non infirma. Quare, si ei locus apud vos esse potest, annitere, ut accersatur. Ea; de re nobis & ipsi scribito. Literæ per Philippū Gluespres recte mitti poterunt. Hoc negocium ut suscipias, primum Ecclesiæ tuæ utilitate, deinde viri optimi exilio movearis. Cum enim & recte eruditus sit, & candore ingenii eximio præditus, & amans concordiae publicæ, magno ornamento esse Ecclesiæ vestræ poterit. Et pius officium est *φυγαδὸν τὴν διὰ εὐαγγέλιον εὖ ποιεῖν*. Bene vale. Die 3. Decembris in urbe Parthenope.

Philippus Melanchthon.
Epi-

Anno 1546.

29

Epistola C XXXXIII.

Eid.

S. D. **H**anc epistolam Witebergæ
scripsi, quo expariatus eram
post fugam Hunnorum equitum,
qui prorsus Turcico more grassati
sunt in hac vicinia. Sed Deus æternus,
Pater Domini nostri Jesu Christi, nos
texit, ut Solymen depulso Assyrio.
Id beneficium agnoscamus, & grati
celebremus, ac ardentè oremus, ut
deinceps nos protegat, & piam ac sa-
lutarem pacem Germaniæ restituat.
Vobis etiam gratias ago, quod reli-
quias nostræ Academiæ, tanquam
tabulas ex naufragio receptas, istic
tueri studetis. Ago gratias & de
Georgio Majore, qui ipse scribet
istuc, cum erimus una. μελέτω δέ σοι
καὶ τοῖς φίλοις, ἀνδρὸς ἀρίστου καὶ φύσει, καὶ
διδασκαλίας φιλοσόφου τῆς Μειλικίης. Mitto
tibi & amicis scriptum Menii, in quo
prior pars ipsius est propria. Nos post-
ea in ea parte, in qua ille λοιδορῶν φορτι-
κώτερος fuerat, at texuimus disputatio-
nem eruditiozem & verecundio-
rem.

il.
mendare,
luespres.
mporum
is, ne, a-
commo-
uia amit-
vire Ec-
irus esse
lam con-
m diser-
e non in-
pud vos
cerfatur.
to. Lite-
ete mitti
t suscipi-
itate, de-
ovearis.
is sit, &
dit^o, & a-
agno or-
e poterit.
θέντας δια-
Die 3. De-
chthon.
Epi-

rem. Pefoldum, miror, mihi non scribere, quem, velim, adhorteris, ut mihi respondeat. Diligo enim eum, non solum, ut olim dicebatur, ut me alterum, sed etiam ut te alterum. Utinam conjunctio literarum possit aliquid opis adferre Reipublicæ. Sed tamen, etiamsi ruant imperia, prodest Ecclesiæ τῶν διδασκόντων ὁμόνοια. Bene vale. Die 14. Januarii.

Philippus Melanchthon.

Epistola C XXXXIV.

Eid.

S. D. **P**riusquam tuus nuncius ad nos veniret, Witebergæ ad te & ad Pefoldum scripsi, eumque fasciculum ad Michaellem Northusianum misi. Quare, cum existimem, tardius ad te perventuras esse eas literas, mitto exemplum aliud Meniani scripti. Pars prior ipsius est propria. Postea cum ad ζήτημα ventum est, opus ipse pertexui. Nam ille aliam θέσιν instituerat κρυφοτέραν καὶ σαφραν καὶ γόμευσαν λαιδορῶν. Hæc nostra verecundior

dior & eruditior, doctis lectoribus fortassis gravior erit. Postea audivimus, Johannem Hessum, instauratorem Ecclesiae Dei in tota Silesia, ex hac mortali vita evocatum esse. Cohorruui. Nam & dilexi virum, & cogitare coepi, ut mortuo Luthero in his regionibus tristissima bella mota sunt, ita Turcicas irruptiones extincto Hesso secuturas esse. Deum oremus, ut calamitates publicas & privatas mitiget, & flectat Principum animos ad suam & populi salutem. De Georgio Majore scribam, cum erimus collocuti. Nunc gratias vobis ago, & egi in proximis literis, quod eum accersitis. Lipsia adhuc oppugnatur. Familiam suam Joachimus Cameraarius in Thuringiam misit. Ipse adhuc apud Principem Ascanium est in arce Desslaensi. Bene & feliciter vale.
Die 23. Januarii.

Philippus Melanchthon.

Epistolas duas, alteram ad Bucerum scriptam, alteram ad Hispanum, quae so, mittas Argentoratum.

C

Epi-

hi non
teris, ut
m eum,
r, ut me
um. Uti
offit ali
. Sed ta
prodest
u. Bene

chthon.

cius ad
ergae ad
umque
orthusa
timem,
eas lite
Meniani
propria.
a est, o
am θεσω
εν και γε
erecun
dior

S. D. **C**Ariss. Vite. Hæ literæ scriptæ sunt ad Joachimum Moller Hamburgensem, de rebus magni momenti, ac multum refert, ut certo ad eum perferantur. Quæso igitur, ut si poteris per homines dignos fide, ei mittas, & curabis, ut sciamus, an acceperit. Si non poteris per certos homines mittere, remitto mihi. Ubi Augustæ quæri possit, ignoro. Sed opinor, nobilem virum Dn. Erasmus à Mingvviz scire ejus hospitium.

Præcedenti Epistola seu potius involucro etiam sequens Epistola à D. Philippo ad Theodorum scripta inclusa fuit.

S. D. **D**Eum æternum, Patrē Domini nostri Jesu Christi crucifixi pro nobis, & resuscitati, conditorem generis humani & Ecclesiæ suæ, oro toto pectore, ut tuis morbis, & matronæ sanctæ, conjugis tuæ honore

nestissimæ, vulneri medeatur, vos-
 que Ecclesiæ vestræ domesticæ servet
 incolumes, quem quidem servatu-
 rum esse Ecclesiæ suæ reliquias & se-
 men sanctum inter nos, non dubito,
 etiamsi fractus illabatur orbis. Nunc
 Carolus imperium terris, famam qui
 terminat astris, minitatur nostris Ec-
 clesiis, quas fovere deberet. Aliquan-
 to post sequentur irruptiones Turci-
 cæ, quarum cura nunc Heroas istos
 nihil adficit. Uratislaviæ sereno cœ-
 lo recens, medio die conspectus est
 in æere eques cataphractus, stricto
 gladio ducens agmen equitum in-
 structum more Pannonio seu Turci-
 co. Vides Ecclesiam nulla habere hu-
 mana præsidia. Ea te cogitatione etiã
 in privatis æumnis sustentens. Ut e-
 nim Ecclesiam desertam ab homini-
 bus ipse protegit & servat, ita nos
 quoque clementer servabit. Cum
 Adam & Heva lapsi nullorum Ange-
 lorum ope servari possent, factus est
 deprecator Filius Dei, & prodiit De-
 us ex sua arcana sede, ut eos servaret.

teræ scri-
 himum
 e rebus
 n refert,
 . Quæso
 mines di-
 rabis, ut
 on pote-
 re, remit-
 ri possit,
 m virum
 scire e-

u potius
 la à D. Phi-
 nclu-

Patrē Do-
 christi cru-
 tati, con-
 Ecclesiæ
 is morbis,
 is tuæ ho-
 ne-

Ita et nos speremus, eum nobis destituti humana ope ad futurum esse. Bene vale. Mitto recentem editionem *Dialectices* tuo filio.

Philippus Melanchthon.

Epistola CXXXVI.

Eid.

S.D. **C**ariss. Vite. Fatales poenæ sunt magnæ & tristes multorum nostrorum delictorum, quas sustinemus, quas ut Deus leniat, toto eum pectore oro. Sed scito, in Saxonis urbibus ubique una voce populum execrari Sphingem Augustanam. Etsi autem populi iudicia & voluntates sæpe improbari necesse est, tamen nunc quidem in tali causa, ubi invocatio in mentibus multorum turbatur, si fiat insignis mutatio, profecto non prorsus contemnenda esse populi iudicia, sentio. Scio, quantum malum sit, leve impedimentum invocationis. Ac sensu ipso comperi, mortem mihi faciliorem fore comprobatione Augustanæ

σφίγ

σφιγγός. Ideo non adsentiar. Nunci-
 us ipse testis esse poterit, nondum in
 Ecclesiis harum regionum usquam
 mutationem factam esse. Deum oro,
 ut deinceps nos gubernet, ut quam
 plurimi vera eum invocatione co-
 lant. De his quæstionibus respondi
 in pagella, quam adjeci. Optarim
 quidem, in omnibus plus esse iudicii
 & constantiæ. Sed quid fiat, vides. Ex-
 cusabit se Senatus vester exemplis et-
 iam illorum, qui & de rebus pluri-
 bus pugnarunt, & visi sunt rigidio-
 res, videlicet Constantiensium &
 Lindoensium, qui subito tracti non
 recusant recipere τὴν σφίγγα. Caspa-
 rum Crucigerum, virum doctissimū
 & optimum, his tristibus spectaculis
 divinitus eripi videmus. Bene vale.
 Die 16. Septembris.

Philippus Melanchthon.

*Sequitur pagella, in qua re-
 spondet D. Philippus Melanchthon Vito
 Theodoro ad quæstiones aliquot, quarum
 fit mentio in præcedenti E-
 pistola.*

C 3

ωβι

is desti-
 esse. Be-
 tionem

chthon.

I.

poenæ
 s multo-
 quas sus-
 at, toto
 in Saxo-
 e popu-
 Augusta-
 ia & vo-
 esse est,
 aufa, u-
 ultorum
 tio, pro-
 nda esse
 , quan-
 edimen-
 su ipso
 liorem
 gustanæ
 σφιγ-

Περὶ δικαιοσύνης rejiciendus est liber ab omnibus doctis & indoctis.

περὶ ἀρχῆς ἐπισκόπων, καὶ περὶ ἐρμηνεύσεως γραφῆς ἀγίας rejiciendus à doctis.

De oleo, de confirmatione rejiciendus.

De confessione & satisfactione rejiciendus à doctis & indoctis.

De divortio rejiciendus à doctis.

περὶ λειτουργίας καὶ προσφορῆς rejiciendus à doctis.

περὶ μεταβολῆς ἄρτων rejiciendus à doctis.

De invocatione mortuorum rejiciendus à doctis & indoctis.

Canon Missæ nequaquam recipiendus est.

Hæc sunt principalia, de quibus pugnandum est.

De cibis, etsi mutatio offendit rudes, quibus ego etiam parcere optarim, tamen non censeo pugnandum esse.

Epistola CXXXVII.

Eid.

S. D. CUM Casparo Crucigero literas tuas recitarem, in quibus significas, jam morbum tuum mitiorem esse, teque redire ad pertegendam enarrationem historiae Moisaicae, laetabatur & propter Ecclesiam tuam domesticam, & propter publicam Ecclesiam. Etsi enim adversa valetudo non finit frui suavitate familiae, tamen gaudebat, te nondum à tuis abduci, & absolvi opus, optabat, quod fuit velut cygnea vox Lutheri. Vivit adhuc quidem Caspar, sed paulatim ἀτροφία consumitur. Cerebri vires adeo integræ sunt, ut adhuc Ptolemei lectione delectetur. Cumque foris cœli motus aspexit, tum vero quasi ingressus in cœlum, alloquitur ardentibus precibus Filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum, & sese, & Ecclesiam, & hæc nostra studia ei comendat. Intellexi, te jussisse, ut pagellas nostræ deliberationis istuc mittamus. Nunc au-

C 4

tem

Epi-

tem plura exempla non habuimus. Quare unicum exemplum mitto. Et si autem scio, multos requirere asperiores reprehensionem τῆς σφιγγός, tamen, cum illi Senatui, ad quem scribimus, hæc exhibenda essent, hæc moderatio visa est utilior. Ac περὶ δεικαιοσύνης reprehensio adeo perspicua est, ut contradicere nemo possit, qui non velit esse impudens. At περὶ τῆς προσφορᾶς, ut sit languidior nostra oratio, eo fit, quia nostra dissidia impedierunt illustrem explicationem ejus causæ, qua de re meas querelas veteres meministi. Et nunc, cum accuratius res disputanda est, ita crescit meus dolor, vix ut me sustentem. Plana causa erat initio, cum tantum hoc disputaretur, non esse sacrificium pro peccato, vel ἱλαστικὸν opus sacerdotis. Nunc remoto hoc errore, alia magna questio restat. An tandem oporteat esse προσφορὰν, an necesse sit, dici, offerimus tibi, Deus, Filium tuum, sicut Græcus Canon inquit, Tu es προσφέρων καὶ προσφερόμενος. Resfa-
ci-

cilis videtur ociosis, qui non veniunt
 in certamina de hac quaestione. Sed
 ego, quam difficilis sit dimicatio, sæ-
 pe jam expertus sum. Hac hora vo-
 cor in aulam, & existimo, eodem
 vocatos esse ἀνταγωνίτας. Deus adsit
 nobis. Quod interrogas, an disce-
 dendum esse Collegis tuis, censeam,
 si redeat αὐτοκράτωρ, voluntas Senat⁹
 exploretur. Deinde optarim, aliquos
 manere fortiores. Sed opinio est in
 his regionibus, venturum Lubecam,
 τὸν αὐτοκράτορα. Mitto vobis pagellas
 meo more. Bene vale, & rescribe.
 Die 16. Octobris, quo ante annos
 1868. Demosthenes interfectus est,
 cujus vis ingenii consumpta est in
 contentionibus inutilibus. Nos man-
 dato divino pericula & certamina
 sustinemus ad retinendam lucem
 veritatis. Iterum vale.

Sturmii literæ, ut cito mittantur
 Argentoratum, vel per propriū
 tabellarium curato.

C 5

Epi-

Epistola CXXXVIII.

Eid.

S. D. **M**eministi dictum in historia Apostolica, ἐν αὐτῷ γὰρ ζῶμεν, καὶ κινῶμεθα καὶ ἐσμεν. Tanisper igitur, donec Deus, vitæ autor, retinet te in hac consuetudine & complexu domesticæ Ecclesiæ tuæ, lenito animi mœstitiam iis consolationibus, quas Deus Ecclesiæ suæ tradidit, quas certum est, non inanes sonos esse. Oro etiam Filium Dei, sedentem ad dextram æterni Patris, καὶ εὐτυχάζοντα ὑπὲρ ἡμῶν, ut vires tibi augeat animi & corporis. Erit ei etiam curæ, ut in his fluctibus & Euripis suam cymbam servet, nec sinat extinguere lucem veræ Noticiæ Dei. Casparum nostrum Deus tandem in Academiam cœlestem abduxit. Etsi autem nulli mors ejus majorem dolorem attulit, quam mihi, fuit enim inter nos communicatio omnium sententiarum & consiliorum liberrima. Et poterat ipse δεξασθαι καὶ ἀποδῆναι λό-

286

1548, & me sæpe utiliter monuit, ta-
 men & hanc placidam migrationem
 gratulor. Multis enim tristissimis spe-
 ctaculis ereptus est. Sæpe de te aman-
 ter locutus est his mensibus, quibus
 ægrotavit, literas tuas, quoties acce-
 pimus, avidissime legit. Scribam ei
 λόγον Πιπτάφιον, in quo multos ejus e-
 ruditissimos sermones recitabo. Fa-
 ciam ibi & tuæ amicitiae mentionem.
 Mitto tibi pagellas disputationis no-
 stræ recentis, & conciunculam reci-
 tatam à Georgio Majore in renunci-
 atione gradus. Adhuc quidem Dei
 beneficio studia doctrinæ hic medio-
 cria sunt, quæ ut Filius Dei tuea-
 tur, toto eum pectore oro. Quid
 Conventus gentis Mysorum allatur?
 sit, audiemus. Cygneæ biduo audi-
 verunt homines digni fide foetum
 clare ejulantem, quem mater gravida
 adhuc in utero gestat: Denunciat i-
 gitur venturas calamitates, quas Deus
 mitiget. Bene & feliciter vale. 3. De-
 cembris.

Philippus Melanchthon.

il.

II.

n histo-
 αὐτῶν γὰρ
 anis per
 cor, reti-
 & com-
 næ, leni-
 plationi-
 tradidit,
 sonos ef-
 edentem
 καὶ εὐτυγ-
 oi augeat
 tiam cu-
 ipis suam
 extingui
 asparum
 academi-
 i autem
 dolorem
 im inter
 n senten-
 rima. Et
 τοδῶναί λό-
 1548

Sequens schedula literis præcedentibus inclusa fuit.

Petivit Geuderus mitti pædagogū filiis. Misi igitur hunc Magistrum Johannem Moibanum, Doct. Moibani Utratislaviensis filiū, doctum hominem, & optimis moribus ornatum. Quare tu quoque eum complectere, & ornare studeto.

Epistola CXXXIX.

Eid.

S. D. **C**ariss. Vite. Eram in pro-
cinctu, cum hæc scriberem.
Sed audies ex ipso Magistro Erasmo
Flocio, amicis ita visum esse, ut po-
tius apud nos sit cum suis, donec cer-
tum stipendium à Senatu urbis Nori-
cæ habeat, qua in re tamen te, cui
notior est sensus tuæ civitatis, confu-
lere ei velim. Nunc tibi eum com-
mendo. Vir doctus est, & erit civis
bonus. Est enim modestus, & nequa-
quaquam πολυπραγμονικὸς, & se ad mo-
derationum sententias adjungere so-
let.

Anno 1548.

43

let. Optarim, cum diu in Academia
nostra manere. Sed ipsius utilitati et-
iam consultum volo. De cæteris re-
bus & de sylvula tui operis inchoata
proxime scribam, & illam lucubrati-
onem nostram mittam. De pugna in
Westphalis prius audies certiora, quæ
ad Senatum vestrum scribuntur,
quam hæ ad te literæ perferentur.
Bene vale. Calendis Maji.

Philippus Melanchthon.

Epistola CL.

Eid.

S. D. **U**t sæpe alias, ita nunc quo-
que queror, nostris dissidi-
is confirmatam esse audaciam & po-
tentiam eorum, qui nostris Ecclesiis
adversantur. Cumque tanta sit dissi-
militudo Ecclesiarum in Suevis, quæ
dissentiant à Romana, non mirum
est, Imperatorem formam propo-
nere. Habet igitur causam sui con-
silio. Sed architectos adhibet, qui et-
iam bonis & necessariis rebus caligi-
nem inducunt. Vidisse vos jam illam

Au-

Augustanam Sirenem arbitror. In loco *ὡς εἰ δικαιοσύνης* sic intelligit *πίσει δικαιοσύμεθα*, id est, præparamur, ut aliam rem accipiamus, qua iusti simus, scilicet dilectionem. Et quidem de dilectione sic inquit liber. Qua vere iusti simus, quasi nec vere iusti simus fide, nec iustitia, qua propter mediatorem sumus accepti, potior ducenda sit, nostris virtutibus. Te, scio, iam in hoc tuo morbo sæpe intuentem mediatorem, hac sustentari consolatione, quod propter hunc Filium Dei, propter hanc victimam, propter hunc *ἰκέτην* Deo placeas. Non dicis, te vere iustum esse dilectione, etsi hæc quoque ad fidem accedit. Ac ne cui dubium sit, corrumpi ab eis doctrinã de fide, aperte dicunt, posse veram fidem esse sine dilectione. Hæc significo, ut totum illum locum attente consideres, cum liber proferretur. Monui quosdam, qui adhibentur deliberationi. Sed *ὁ Μαργίτης σπερμόλογος* inquit, excludendos esse ab hac deliberatione Sophistas. Uti-
nam

Anno 1548.

45

nam nihil esset sophismatum in libro, qui quidem plenus praestigiarum. Sed Deus erit Judex. Mitto tibi pagellas. Bene vale. 7. Maji.

Philippus Melanchthon.

Epistola C L I.

Eid.

S. D. **E**Xemplum deliberationis, quam communiter scripsimus, tibi mitto, quod ostendes Dn. Hieronymo & aliis. Antea mutilatas pagellas sparserunt aliqui, cum tamen ego addidissem refutationem, praestigiarum manifestam *περὶ δικαιοσύνης*. Sed aulici sapientes dicunt, me astute *ὑπὸ φιλονεικίας ὑπορύψαι, ἢ κακῶς λεχθέντα, ἢ κλέψαι ὀνόματα*. Ita non solum armis & sophistica illorum, qui palam se fatentur esse hostes, oppugnamur, sed etiam sophistica eorum, qui videntur esse *σύμμαχοι*. Sed Deo exitum harum deliberationum commendo. Si receperit princeps librum Augustanum, distrahemur in nova exilia. Nam ego nec mutabo do-
ctri-

Et rinam Ecclesiarum nostrarum, nec mutantibus assentiar. Si captus fuero, feram ea, quæ accident, & me à sophistica aularum tandem morte liberari gaudebo. Scis enim, quam duriter me excruciarit multis annis. Deum æternum, Patrem Domini nostri Jesu Christi, oro, ut nos regat & fervet aliquod semen sanctum. Scito, vivere Ducem Borussorum Albertum, ad quem cur profectus sit fratris filius, alii alias causas narrant. Tuas literas expecto *ἡ ἐν κρυφαγοτάτων*. Bene vale. Die 20. Junii.

Philippus Melanchthon.

Epistola C L II.

Eid.

S. D. **M**Emini Petrum Taig, cum esset auditor Pauli nostri, & morum modestia & diligentia in discendo Præceptori satisfacere. Postea etsi aliquandiu fuit in sodalicio liberiore, tamen ipsi insitam naturæ humanitatem retinuit, nec quidquã vel atrociter vel turpiter fecit. Nec
pror-

prorsus omisit studia literarum. Habuit enim amicum monitorem officii, Hieronymum scribam, civem vestrum, qui et gravitate morum, & eruditione tanta præditus est, ut nunc absentis Rhetici munus sustineat in schola. Ego etiam monitus tuis literis, Petrum objurgavi, qui postea assiduitatem majorem in studiis præstitit. Quare eum tibi commendo, meumque testimonium patronis ejus proponere poteris. De bello Brunsvicensi nihil habeo, quod scribam. Deum oremus, ut det placidam κατὰσποφην. Mitto tibi Ambrosii historiolum, cui inserui refutationem ethnicarum persuasionum de religione. Jucundam tibi lectionem fore, spero. Imperties autem & Hieronymo. Nam plura exempla nunc non habebam. Fortasse inveniret emptores, si istic recuderetur. Tuo officio delector, quod Flamingum adjuvisti, ac gratiam tibi habeo. Si silentio obtui potest negocium Collegæ tui, te-

D

gi-

giterem, quantum potestis. Bene vale.
Die Laurentii.

Philippus Melancthon.

Epistola C L III.

Eid.

S.D. **V**ideo equidem sapientes, quasi attonitos, nunc demum mirari magnitudinem rerum, quæ motæ sunt in Imperiis. Sed quia & antea, quasi signa tempestatum, harum rerum initia consideravimus, & Ecclesiam, scio, mansuram esse, etiamsi concutitur Imperiorum ruinis, animo sum tranquilliore, quam illi, qui nos riserunt, hæc vaticinantes. Desino igitur de illis scribere. Precibus potius Deo Politias commendemus, & studia nostra colamus, ne lux doctrinæ extinguatur. Bavarico Bavio, seu Thersitæ, qui adversus te spurcissimos versus edidit, graviter responderi, curavi. Nam hoc tristi tempore potius dicamus *εὐφημία*, quam convicia, ut Socrates moriturus inquit, *καὶ γὰρ ἀκήκασα, ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χρὴ τελευτᾶν.*
Etiamsi cadendum est nobis, tamen

testimonia relinquamus, quod honeste & pie senserimus, ac laudatio tuæ doctrinæ suppeditat per sese locos splendidos, & lectori gratos. Nec ego vulgi iudicium moror. Ut ille desertus à ceteris, Antimachus puto, cum Platonem unum mansisse videret, & expectare reliquum voluminis, ait, se Platonis unius iudicium pluris facere, quam ceterorum omnium suffragia. Sic mihi satis est, placere Hieronymo nostro & Camerario, & paucis amicis, quæ ut cunque componimus. Prædicantur in Carmine tui mores, recitatur doctrina de hominis conditione, in qua nobis imago Dei impressa est, de lapsu, de lege, de beneficiis Christi. Hæc sunt *εὐφημότερα*, quam convicia. Laudatur & civitas vestra. Si quid Joachimus vester componit, mihi mittas. Camerarius ejus venam probat, ac valde ea Elegia delectatus est, quam ad me recens scripsit. Lipsiæ enim accepi. Bene vale. Die 12. Octobris.

Philippus Melanchthon.

D 2

Epi-

ene va-

thon.

entes,

demum

, quæ

a & an-

harum

& Ec-

etiam si

is, ani-

illi, qui

es. Desi-

recibus

demus,

lux do-

Bavio,

spurcif-

respon-

empore

convi-

inquit,

τελευτῶν.

tamen

Eid.

S. D. SÆpe, mi Vite, vos adhortatus sum, ut ἀεισουργίας urbium & ametis, & tueamini. Etsi enim, nullæ sunt πολιτείας sine viciis, tamen in civitatibus plus valent Leges & Judicia, quam alibi, & disciplina est paulo severior. Vides nunc res Principum, qui, etiamsi boni sunt, tamen ita impediuntur, ita sunt impliciti variis foederibus & negociis, ut domesticas res negligant. Sed Deum oremus, ut hos quoque gubernet, nec sinat deleri Ecclesias suas. Belgici tumultus cura adfici nostros, sentio. Non incidisset in hæc pericula Julia-censis, si nostrorum Consiliis ante hæc tempora obtemperasset, qui fuerunt hortatores, ut Ecclesias emendaret, & se fidelioribus sociis adjungeret. Sed omitto hæc. Mitto tibi catalogum, de quo velim, te mihi respondere. Præfationem in Michæam aliam hodie scripsi, paulo grandiorē tua,

Anno 1548.

51

tau, & alio argumento. De Storkio
adolescente tibi gratiam habeo, eum-
que tibi commendo. Nam spero, eum
usui fore patriæ. Bene & feliciter vale.
Die 22. Octobris.

Philippus Melanchthon.

*Sequens schedula inclusa fuit
precedentibus literis.*

S. D. **S**cripsi ad te nuper de Muscu-
culo Misnensi, qui primum
in nostra Academia aliquot annos
versatus est, & ornatus titulo Magi-
sterii. Postea secutus ad finem, venit
Francofordiam, & ibi in Academia
docuit Theologiam, & concionatus
est. Scripseras autem de concionato-
re, quo vobis opus esset. Si hunc Mu-
sculum vis ad vos mitti, significa cla-
re *ἡμῶν ἰντῶς*. Ingenium ejus probo. Est
hic pauper Monachus Leonartus Wa-
gner Ornbaurensis, qui recens huc
venit, & à me alitur, dicit, sibi spem
factam esse alicujus functionis Eccle-
siasticæ, vel in pagis vestris, vel in vi-
cinia. Et duxit uxorem hic. Rogo, si

D 3

pot-

potest ei consuli, ut ejus rationem habeas. Satis idoneus est. Scripsi & de scholastico Numburgensi, ingenuo homine.

De hoc Catalogo mihi *ῥητῶς* respondeas.

Epistola CLV.

Eid.

S. D. **N**Os vero Carolum non cessare, audim⁹, sed recens politum oppido Landerfch in Picardiae finibus, in quod traduxerant Galli multa bellica tormenta, ajunt, ibi & praesidium, aliquot millia Italarum & Gallorum interfesta esse. Sed haec melius jam ipse nosti. Agnoscamus haec bella fatales mundi poenas esse, & Deum oremus, ne simul Ecclesiam opprimant. Nihil humanorum consiliorum video, quibus vel adversus Turcas, vel alios nostrae Ecclesiae defendi posse videantur. Salva bo eos, inquit Deus, sed non in arcu. Hac me consolatione sustento, & Deum oro, ut regat mentes doctorum

Anno 1548.

53

rum & gubernatorum ad retinendas
res utiles Ecclesiæ, & servet reliqui-
as, & pia studia. De Conventu Spi-
rensi silentium adhuc est. Tu, si quid
habebis, significa. Tuum iudicium,
expecto de nostris disputationibus
ἡ εἰ τῆς Πιθέσεως χερῶν. Bene vale. Die
8. Novembris.

Philippus Melanchthon.

Epistola CLVI.

Eid.

S. D. **M**irror, tantum silentium esse
de Synodo Tridentina, cū
tamen constet, initia mediocriter si-
mulata esse. Etsi enim non dubito,
tantum ludere Pontifices mentio-
ne Synodorum, tamen, quam arti-
ficiose histriones isti in scenam pro-
deant, scire cupio. O, mi Vite, non
est ea felicitas ultimæ ætatis, ut Syno-
di veræ de doctrina amanter & sincere
deliberent. Mihi quidem nihil dul-
cius esse posset, quam audire sine-
ram disputationem de plerisque re-
bus. Sed candori, veritati, pietati,

D 4

quan-

quantum sit loci in iis negociis, quæ Principum arbitriis reguntur, sum expertus nimis sæpe. Plato inquit, τὴν αἰδῶ καὶ δίκην κόσμος καὶ δεσμός εἶναι πόλεων, καὶ τὰς μὴ μετέχοντάς αἰδῶς καὶ δίκης κέλευει ὁ Θεὸς κτείνην ὡς νόσον πόλεως. Sed illæ duæ ἢ αἰδῶς καὶ δίκη procul absunt à Tyrannorum conventibus, qui adducunt πλεονεξίαν, ἀναίδειαν, σοφιστικὴν, quas utinam Deus reprimat. Iterum vale.

Gra-



Græca Latinè conversa.

Pag. 2. πρὸς δεῖπνον κυριακῶν; de Cæna Do-
ni.

Pag. 3. Nec enim adest τὸ σῶμα ἕνεκα τῶν
ἄρτων, ἀλλὰ ἕνεκα ἀνθρώπου
λαμβάνοντος: corpus propter
panem, sed propter homi-
nem accipientem.

Ibid. τῆς σιγῆς ἀκίνδυνον γέρας. Silentii
præmium, (al. senium) à pericu-
lis vacuum est: vel non est peri-
culosum.

Ibid. τραγωδεῖν, tragicè decantare, vel
exaggerare, augere, amplifica-
re. &c.

Pag. 5. συμφιλόσοφον, mecum philosophan-
tem.

Pag. 6. προσκευὴν, preparationem.

Pag. 7. λειποθυμίας, defectiois animi, si-
ve animi deliquii.

Pag. 10. θελητήρια, oblectamenta.

Pag. 13. μεμπτεῖα, culpanda, accusanda.

Ibid. τὰ μέγιστα ἀρίστου εἶναι, in potissimis
optimos esse.

Græ-



Pag. 14. σεμνὸν ἐστὶ μὴ παρασπρατηγεῖν ἐν ἐκ-
κλησίᾳ διδάσκοντα, Grave est,
Duci exercitus non locare operā
suam eum, qui in Ecclesia docet.
(al. honestum est, eum, qui docet
in Ecclesia, non esse Ducis exer-
citus collegam, sive assessorem.)

Ibid. περὶ τῆς ἀμύνης τοῦ ἐχθρῶς ὠμῶς καὶ ἀ-
σεβεῖς, de eo, quod resistendum
sit hostibus crudelibus & impiis,
vel, quomodo eorum saevitia &
impietas profliganda sit.

Pag. 16. εἰάν τις ἀγαπᾷ με, &c. si quis dili-
git me, sermonē meum servabit:
& Pater meus diliget eum, &
ad eum veniemus, & mansionē
apud eum faciemus.

Pag. 17. εἶδος ἀξίον τυραννίδος, forma di-
gna tyrannide, vel tyranno com-
petens.

Pag. 19. ἀφορμὴ, occasio.

Pag. 20. ἀφρήτωρ, ἀφήμενος, ἀνέσιος ἔσω ἐ-
κείνος, ὃς πολέμῳ ἔργαται Ἰπιδημῖς,
ab omni conversatione humana
alienus, nefarius, laris expers ille di-
cendus est, qui bellū civile amat.

Pag.

Pag. 21. ἐνταφίσεσθαι πτώμασι ταύτης πό-
λεως, sepeliri intra sepulchra
(al. inter cadavera) Urbis hujus.

Ibid. θεραπεύειν ἐχθρῶς, sanare hostes.

Pag. 26. ἀναποτελεσον, sine effectu.

Ibid. qui est scrutator cordium, manife-
stabit, quanam & qualia sint
vicinorum enigmata, similia do-
lis & calliditati Sphingis.

Pag. 28. exulantibus propter Evangeli-
um benefacere.

Pag. 29. Vir optimus, & naturā & do-
ctrinā Philosophus, Milichius
tibi & amicis cura sit.

Ibid. λοιδορῶν φορτικώτερος, ipsis conviti-
atoribus maledicentior.

Pag. 30. κρηφοτέραν καὶ σαθράν καὶ γέμ-
σαν λοιδοριῶν, languidiorem, &
marcidā & refertam convitiis.

Pag. 36. περὶ ἀρχῆς &c. de primatu Epi-
scoporum, & de interpretatio-
nē Scripturae Sacrae.

Ibid. περὶ λειτουργίας καὶ προσφορῆς, de
Cæna & Oblatione, sive Missa.

Ibid. περὶ μεταβολῆς ἄρτου, de transubsta-
tione panis.

Pag.

Pag.

Pag. 40. ἐν αὐτῷ &c. in ipso vivimus, & movemur & sumus.

Ibid. ἐντυγχόνουσα ὑπὲρ ἡμῶν, intercedentem pro nobis.

Ibid. δέξασθαι καὶ ἀποδοῦναι λόγους, accipere & dare responsa.

Pag. 45. me sub contentionis studio, cuniculos agere & subruere ea, quæ non male dicta sunt, dolose interpretari vocabula, & veluti suffurari.

Pag. 48. εὐφημία, honorifica.

Pag. 48. ἢ γὰρ ἀκήκουσα, ὅτι ἐν εὐφημίᾳ χεῖρ τελευτῶν, etenim audiui, quod oporteat mori honesto nomine, (al. cum existimatione & famâ honorificâ.)

Pag. 54. & 55. verecundiam & justitiam ornamenta & vincula esse civitatum: & eos, qui non participant de hoc pudore & justitia, jubet Deus occidi, veluti morbum, aut pestem civitatis.

Ibid. avaritiam, impudentiam & sophisticam.

Typothetæ festinationem no-
tabit Lector benevolus &

Pag. 2. lin. 20. pro δειπνῶ, leget δειπνῶ. pag
4. lin. 24. pro Hieronum, leg. Hierony-
mum. pag. 5. lin. 11. pro manu, leg.
manum. ibid. pro opere, leg. operæ. pag.
6. lin. 13. pro sua, leg. suam. pag. 9. lin. 7.
pro mors, leg. mores. pag. 13. lin. 6. pro
XXX, leg. CXXX. ibid. lin. 19.
pro mediocræ, leg. mediocre. pag. 14.
lin. 14. pro præcipuas, leg. præcipiens.
pag. 17. lin. 2. pro faciendo, leg. facien-
di. pag. 20. lin. 22. pro hunc, leg. hanc.
pag. 25. lin. 9. pro ἔνταφύσεσθαι, leg.
ἐνταφύσεσθαι. pag. 26. lin. 17. pro γειτό-
νιον, leg. γειτόνων. pag. 29. lin. 23. pro
λοιδορῶν, leg. λοιδορῶν.

Ty-


1. 11. 1773
Königsberg


Faint, illegible handwriting, possibly bleed-through from the reverse side of the page.


22



de duenda fratia p. q. 6. 8
tribuit aliqd in fluxu sideru p. ii. 12. 19. 22. 35. 109. 147
Visionu moni nrl 46. 37
Melancth. formidat quentu hmeluad. 15. 17
Luthery calculo laboravit is dysenteria 67
Pomerany restauravit hham Kopenhagensem v. 132
enarrat somniu p. 47
de hys 65
Luthery domi sui quocumq. e. 68.
Melancthon scripsit de German. p. 70
agit anu dimacten cu 79
epo filig p. 80 Judicu de Opiano p. 82. 86. 90. 178.
imagine in templo hmeluad. 107
Luthery restoravit hham
Query mediator p. 148. ydigiū quoddā p. 162.
Elogiu Sompertneri 194
Melancthon. aquas p. 206.







179. 4578

ULB Halle
004 165 624

3




f

Sb.

179

179





ceps I
pendio
nè ead
legio c
tum S
Gr
mo I
cleme
nimè
nî S
rum
nio ec
naru
Appe
fore
certò
nimj
etas

